



OTto apud Septentrionales populos natus
 & educatus, à teneris annis philosophiæ &
 artibus abstrusioribus operam dedit, atq; suis ope-
 ribus sese magū & necromanticum celeberrimum
 declarauit, anno mundi 3935. Ferunt illum adeo ma-
 gica arte instructum fuisse, ut absque carina altum
 mare pererraret, et hostilia sæpe nauigia concitatis
 carmine procellis euerteret. unde ei apud Danos
 maxima piraticæ artis (quæ tum laudi dabatur) au-
 thoritas deferebatur. Vt autem is negotiatoribus
 atrox, ita agrestibus clemens extitit. nam rustici o-
 peris munditias sordidi questus laboribus antepo-
 nebat. Is quandoq; dum Dani cū Nordmannis pu-
 gnarent, ita ui carminum hostilem hebetauit aspectum, ut districtos Danorū
 enses eminus radios iacere & scintillare putarent. hinc factum ut magna cla-
 de uicti Danis uictoriam reliquerint. Tandem tamen ab Erico fortissimo du-
 ce interfectus, eum uite exitum habuit, qui ferè omnibus huiusmodi malis ar-
 tibus instructis, communis existit. Sax. Gram. lib. 7.